

X 1905 221





V C  
2687

h. 27. 24

23

BIGA ORATIONUM ΕΠΙΤΑΦΙΩΝ, SEU PA-  
rentalium de laudatissimo stemmate,  
vitâ, & obitu

SERENISSIMÆ PRINCIPIS, AC DOMINÆ,  
DOMINÆ DIVÆ

SOPHIÆ, DUCIS SA-  
XONIÆ, ATQ; ELECTORIS-  
SÆ, NATÆ MARCHIONISSÆ  
EX ELECTORALI PROSAPIA BRANDEBURGICA,  
LANDGRAVIÆ THURINGIÆ, MARCHIONISSÆ  
MISNIÆ, & BURGGRAVIÆ MAGDEBURGENSIS, &c.  
VIDUÆ RELIGIOSISSIMÆ, & HEROINÆ ME-  
MORIA SEMPITERNA DI-  
GNISSIMÆ,

Recitatarum in Scholâ ZITTAVI-  
ENSI sub Magisterio AUGUSTINI PREILII,  
Rectoris, & Poëtæ Coronati Cæsarii, à duobus  
Musarum alumnis,

JOHANNE HERMANNO, & GREGORIO SCHMIDIO

ZITTANIS 10. Calend. Martii Julian: Anno salu-  
tis instauratæ 1023.

ZITTAUIÆ, typis Joachimi Clementis.

SERENISSIMO, AC POTENTISSIMO PRINCIPI, & DOMINO, DN.

JOHANNI GEORGIO, DUCI SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE, ET MONTIUM, SACRI ROM: IMPERII ARCHIMARSCALLO, ATQ. ELECTORI, LANDGRAVIO THURINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI, COMITI DE MARCA, & RAVENSBURG, DOMINO IN RAVENSTEIN, & C. DOMINO

Suo CLEMENTISSIMO Eὐαρχίαν.

BIBLIOTHECA  
POMERANIA



Xprimere verbis, SERENISSIME, AC POTENTISSIME PRINCEPS, & ELECTOR, Domine clementissime, vix possum; quantâ aegritudine vulnus Serenissimæ Excelsitati vestrae inopinato DIVÆ MATRIS excessu impositum eximios Reipublicæ nostræ próceres affecerit. Nuncio

enim tam tristi accepto, non suæ tantum civitati, ac territorio mæstiti-  
am publicam indixerunt; sed, exercitiis quoq. actionum theatralium so-  
lennibus intermissis, HEROINÆ illi SERENISSIMÆ in Scholâ suâ cum a-  
r-  
tæ, tum ἐπιπέδω parentari voluerunt. Cognitum namq. habebant,  
proprium sapientiæ munus esse, τὸ ἐκάστων κατὰ τὴν ἐπίστασιν, α. ut inquit  
apud Laërtium Arcesilaus Ceterum ne ista συμπαθείας devotæ signi-  
ficatio lateret, aut cum β. Ajace Octavii Caesaris in spongiam penitus in-  
cumberet; placuit iisdem, ut biga orationum ἐπιταφίω γ. in πανηγύρε  
luctuosâ recitatarum emitteretur in lucem, ac Serenissimæ Excelsitati ve-  
stræ, cui se unâ mecum plurimis nominibus esse obæratos sciebant, inscri-  
beretur. Quapropter eam, omni cunctatione discussâ, incudi Palla-  
diæ reddidi, & qualitercunq. refictam prælo typographico subjeci.

α. Dioge-  
nes Laër-  
tius l. 4. de  
vitis phi-  
losoph: in  
Arcesilao.  
β. Sveton:  
in Augusto  
c. 85.  
γ. J.C. Sca-  
liger l. 3.  
poët: c. 121.

Nunc Serenissimæ Excelsitati vestrae munusculum, quod adornavi,  
papyraceum exhibeo, & submissum in modum quæso, ut illud fronte in-  
nubi admittat, laudationi jejuna veniam tribuat, & clementissimâ  
pristini favoris aurâ nostram civitatem dignetur. Pro Serenissimâ Ex-  
celsitate vestrâ nos DEO immortalis preces indefessas litabimus, ut ipsam  
salutaribus Ecclesiæ laboranti consiliis in togâ sagoq. instruat, à periculis  
& cladibus tragicis indulgentissimè prohibeat, salvamq. ac florentem  
quàm diutissimè conservet. Dabam ZITTAVIÆ propriidie Id. Martii Jul.

Serenissimæ Excelsitatis vestrae  
servus humillimus  
M. AUGUSTINUS PREILIUS, SCHOLÆ  
Zittanae Rector, & P. C. C.



simo,  
est un  
elem  
etiam  
vindi  
Innat  
carmi  
issimi  
lamen  
Patro  
mero  
pulve  
Popli  
tius p  
descen  
in aci  
ritium  
fatum  
tüs co  
inusit  
stres;  
fecta  
tha fi  
pes m  
mum

ORATIONUM PARENTALIUM PRIOR,

eaq; ἀμελεῖται.



Consuetudinem deflendi, honorandiq; defunctos, viri amplissimi, reverendi, clarissimi, prudentissimi, & humanissimi, non heri, aut nudiustertius natam; Sed cana vetustatis fundamento superstructam esse; monumenta cum Sacra, tum profana testantur. Iacobo α. enim, parente Iosephi principis Sanctissimo, ad moriendi necessitatem deducto, mæror publicus Aegypto indictus est universæ: Carissimos DEO viros, β. Aaronem, γ. Moysen, δ. ac Samuelem denatos non solum Israëlitæ aliquam multas diebus luxerunt; Sed etiam ε. Syracides posthumâ laudatione ornavit, & ab oblivionis situ vindicavit: Psaltes regius ζ. Sauli socero, & fratri suo familiarissimo Ionathano in pugna fatali cæsis tam justa lacrymarum persolvit, quam carmine ferali ac grandiloquo parentavit: Cruentam η. Iosia regis piissimi necem & subditi tribules ploratu, & Ieremias propheta solennibus lamentis est prosecutus. Ad Ethnicos si gradum proferimus: Achilles, Patrocli commilitonis amicissimi interitu sibi nunciato, tantum (si θ. Homero credimus) dolorem cepit, ut humi prostratus capillos sibi evelleret, pulverisq; aspergine fædaret. Quid dicam ι. de Pericle, & P. Valerio Popticolâ? Quorum ille, expugnata Samo, milites suos, quos furor Martius perculerat, oratione luculentissimâ celebravit, ideoq; de suggestu descendens à fæminis est coronatus: Hic verò collegam suum L. Brutum in acie peremptum pro Rostris prædicavit, applausumq; singularem Qui ritium promeruit. Quid de Casare Germanico κ. subnectam? cuius fatum acerbissimum populus Romanus tam graviter tulit, ut ante Senatûs consultum lugubria indueret, justitioq; sumpto, ægritudinem suam inusitato gemitu, silentioq; declararet. Non autem viri tantum illustres; sed nota etiam melioris fæminæ hoc supremi honoris genere sunt affectæ. In divinis quidem literis fletûs adhibentur, λ. Sarâ, μ. Iephthæ filiâ, & ν. Tabithâ extinctis: Romani verò, præter luctum, principes matronas funebri laudatione insuper cohonestârunt: Contigit ea primum ξ. Popillia matri nobilissimæ Catuli: Contigit postmodum ο. J. Caesaris

α. Gen. 50,  
à v. 3. usq;  
ad v. 11.  
β. Num.  
20. v. 30.  
γ. Dent 34  
7. 8. 9.  
δ. I. Sam.  
25. 1. & c.  
28. 3.  
ε. Syr. 45,  
à v. 1. ad  
v. 28. & c.  
46. 10. 17.  
ζ. 2. Sam.  
1. 11. & c.  
η. 2. Paral.  
35. à v. 22.  
ad v. 26.  
θ. Homer⁹  
l. 18. Iliad.  
à v. 20. usq;  
ad v. 28  
ι. Plutarch  
in vitâ Pe-  
riclis, & P.  
Valerii.  
κ. Tacitus  
l. 2. Annal.  
p. 92.  
λ. Ge. 23, 2

μ. Iud: 11,  
39. v. Act.  
9, 36. 37.  
38. 39.  
ξ. Cic. l. 2.  
de oratore.  
ο. Diol. 39  
sub finem.  
π. Tacitus  
initio l. 5.  
Annal.  
ρ. Diol. 59  
σ. Symma-  
chus l. 8.  
epist: 27.

7. Auson. in  
Gratiar: a-  
ctione ad  
Grat: Imp.  
v. Sallust.  
in bello Iu-  
gurth.

φ. Plutar.  
t. I. Morall:

saris filia; quam Cn. Pompeius in matrimonio habuerat: π. Contigit Li-  
via Augusta, ac ρ. Drusilla M. Lepido nupta; aliis deniq; mulieribus pe-  
nè innumeris. Quocircà cum perantiquus sit mos plangendi, ac com-  
mendandi utriusq; sexus defunctos: rem sanè prædicabilem fecit amplis-  
simus, ac prudentissimus Reipublica nostra Senatus; dum, cognito Sere-  
nissimæ Principis, ac Dominae, DN. DIVÆ SOPHIÆ, Ducis Saxoniae, & Ele-  
ctorissæ obitu, quâ civibus suis, & subditis publicum luctum imperavit,  
quâ laudes ejusdem in hoc gymnasio prosâ, numerosâq; facundiâ decan-  
tari voluit. Etenim meminit; quantum beneficiorum, & ab ipsâ su-  
perstite, & à Serenissimo potentissimoq; illius filio, DN. JOHANNÉ GEORGIO,  
duce itidem Saxoniae, & Romani Imperii SeptemViro, &c. DNO. suo cle-  
mentissimo, in se, totamq; adeò Lusatia superioris Hexapolin sit profe-  
ctum. Gnarus itaq; σ. res adversas cum multis communicatas nonni-  
hil pârere solatii: hanc iniit rationem suæ συμπαθείας devotæ, gratæq;  
voluntatis qvaliter qvaliter expromenda. Utinam verò mihi tan-  
tum esset ingenii, & eloquentiæ flumen, ut universa Heroïna, quam dixi  
incomparabilis præconia splendide persequi, onusq; parentandi adole-  
scentulo mihi impositum gnæviter sustinere possem! Omnes certè lucubra-  
tionum mearum curas eo contulissim, omnesq; flosculos consecutus, &  
exquisito quodam fandi lepore usus, sermonem pro rerum dignitate figu-  
râssim. Sed cum mihi persuaserim, nec Demosthenem, nec Tullium,  
si ab inferis excitati in ævum nostrum redirent, illud præstituros: confi-  
do, excusatius me nonnulla prætermisurum, nonnulla leviter perstrictu-  
rum esse. Vidistis, 7. opinor, auditores venerandi, Geographos vastum  
& immensum terrarum Orbem unius tabellæ angustiis circumscribere, ac  
complecti. Illos equidem imitatus v. per saturam quasi novæ cælitis  
laudes enarrabo, & veritati potius, quàm magnitudini serviens earum  
capita duntaxat, & fastigia decerpam. Vos rogo, & obtestor, Viri am-  
plissimi, reverendi, clarissimi, prudentissimi, & humanissimi, per incli-  
tam DIVÆ PRINCIPIS, de qua facturus verba surrexi, memoriam, ut, ve-  
stro mihi favore commodato, metum obrepentem adimatis, animumq;  
nutantem sublevetis.

Philosophus Charonensis Plutarchus φ. in libello, quem de mulie-

rum

igitur Virtutibus conscripsit, plurimas in medietate producit feminas insignes, easque artificioso Svadae penicillo depictas. Vatum divitibus consecrat insulis. Celebrat enim illic Valeriam, & Clæliam: celebrat Lampfacen, Stratoniam, & Pieriam: Celebrat Miccam, & Polycritam: Celebrat Pythin, Aretaphilam, Timocleiam, & alias. Verum haud scio, an ulla, quarum catalogum autor πρῶτος texit, heroinarum cum Diva, & Supera civitati ascripta Saxonum Duce conferri possit, aut comparari. Etenim si stirpem principio ejus illustrissimam excutimus, ac rimamur: vix ulla principum nostratum prosapia domui Brandeburgica antecellit, palmamque antiquitatis & claritatis facit ambigam. Autorem namque illa habet Ψ. ISENBARDUM comitem Altorfi generosissimum; quem tempestate CAROLI MAGNI imperatoris, hoc est, annis abhinc octingentis & quadraginta floruisse, concursus annalium calculus ostendit. Inde originem duxit eminentissima non modo VVelforum; sed Burggravorum quoque Noribergensium familia: è quibus instar preciosissimi cujusdam carbunculi præradiat FRIDERICUS ille; ω. quem annos ante ducentos imperator SIGISMUNDUS fidelissimum in Ungaricis, & Bojemicis motibus Achatem expertus, loco ἀντιδότου, & remunerationis, excelsissimam Septemviratus dignitate, Marchiamque Brandeburgensi donavit. Quis verò posteros hujus omnes, Europa toti cum magnitudine animi, tum eloquentiam, gravitateque heroicam, tum pietate, ac mansuetudine singulari commendatissimos recenseat, satisque prædicet? Occurrit ALBERTUS Elector bellicosissimus; cui Pius II. Pontifex Romanus honorificentissimum Achillis Teutonici cognomentum indidit: siquidem, ut G. Sabinus α. poeta nobilis canit,

Militiæ teneris hic castra secutus ab annis,  
 Conferuit fuso sæpius hoste manus;  
 Quàm plerique duces, belli sub imagine, ficto  
 Ludicra viderunt prælia Marte geri:  
 Nec fugiens unquam tergo, sed pectore semper  
 Fortis in adverso cognitus hoste fuit.

Occurrit JOHANNES Imperii Romani Septemvir; quem præcæra & augusta corporis statura Magni; lactea Tulliana facundia copia Ciceronis Germa-

χ. Horat. l.  
 4. Carm:  
 od. 8.

Ψ. Reiner  
 Reinec. in  
 historia de  
 Orig. Illu-  
 striss. stirp.  
 Brandeb.  
 ω. Peucer  
 l. 5. Chron.  
 p. 210. a.

α. Sabinus  
 l. 2. de Cæ-  
 sar. Germ.

β. G. Sabi-  
nus epist:  
29. ad Ioh.  
Schleidan.  
γ. E Mili-  
tis Christ.  
enchiridio  
p. 86.

δ Apuleius  
l. 2. Flori-  
dorum.

ε. Euripidi  
in Heracli-  
dis p. 11.

nici titulo insigniuit. Occurrit Serenissima principis, cui parentare ca-  
pimus, avus paternus juxta, ac maternus JOACHIMUS II. Elector, & GE-  
ORGIUS, cognomento PIUS, Marchio Brandenburgicus: quorum ille nec SIG-  
GISMUNDI Polonorum regis, nec soceri GEORGII Ducis Saxonie, nec ALBERTI  
patruus dehortationes moratus, religionem à B. Luthero defecatam assu-  
vit, & redaccenso Evangelii sinceri lumine patriam suam collustravit.  
Hic eidem ὁρθοδοξία nomen suum dedit, rigidusq; adversus Protestante  
sententiâ in comitiis Augustanis promulgatâ, β. coram Imperatore CARO-  
LO V. disertè professus est, se vitam potius suam in discrimen oblaturum,  
quàm ab agnitâ veritate salutiferâ discessurum esse. Nimirum non  
in libris, aut labris modò; verum etiam in pectore penitissimo inscriptum  
atq; insitum habebat illud Erasmi Roterodami γ. monitum ἀξιωματικῶ-  
ν: Nisi hoc animo geris magistratum, ut paratus sis, non  
dicam, rei; sed & capitis jacturâ, quod justum est, tueri: non ap-  
probabit CHRISTUS administrationem tuam. Neq; verò  
Divæ SOPHIÆ parens olim Serenissimus, DN. JOHANNES GEORGIUS Septem-  
vir laudatissimus impressa majorum suorum, & agnatorum vestigia de-  
serebat. Artibus enim Musarum & Bellonæ liberalissimis imbutus  
doctrinam Ecclesie repurgatæ incorruptam constantissimè tuebatur, lite-  
ris, literatisq; patrocinabatur, & populo subjecto ita præerat, ut summi  
cunctorum ordinum consensu PATER PATRIÆ haberetur: Amabant e-  
um, ut loquitur ille, δ. experti propter beneficium; expertes pro-  
pter exemplum: Nam & beneficio multis commodabat, & ex-  
emplo omnibus proderat. Patescit heic mihi latissimus dicendi  
campus; sed nolo in ipsum excurrere; ne venerabilis auditorii benevo-  
lentiâ videar abuti. Satis superq; habeo, quòd demonstravi, ad Hero-  
inam, cui justa facio, plurimum splendoris, & gloriæ ex progenitoribus in-  
clitis redundâsse. Nam, si tragicorum Græcorum principi ε. assentimus

ὅτι ἐστὶ τῶδε πασι κάλλιον γέρας,  
ἢ πατρὸς εἰδλῆ, καὶ γὰρ θεὸς πεφύκεναι; Id est;  
Nil arrogat plus liberis adorea;  
Quàm si probatis sint parentibus sati.

Ceterum

Ceterum  
cit no  
stram  
nimus  
mur; q  
ia se i  
donunt  
dam  
psius la  
pauser  
d. ca  
tatissim  
rant en  
a d. Sc  
riando  
Ecclesi  
relictis  
tis testi  
Quid  
naidun  
net, fia  
quam  
Cerner  
impler  
tali pr  
um, &  
Orato  
teq; va  
Non e  
irritan  
cupidi  
cabat  
pore, q



Ceterum vereor hoc loco, ne quis Seneca illud ζ. mihi opponat: Non fa-  
 cit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus: Nemo in no-  
 stram gloriam vixit; nec, quod ante nos fuit, nostrum est: A-  
 nimus facit nobilem. Sunt enim, ut experientia magisterio doce-  
 mur; qui excelsissimo loco nati degenerant, inq̄, atrocissima quæq̄, flagi-  
 tia se ingurgitantes turpissimam familiae suae ignominiam, notamq̄, im-  
 ponunt. A PRINCIPIS ergo Serenissimæ ornamentis, quæ aliena quo-  
 dammodo, & è fortunæ nutu suspensa videntur, digressus ad proprias i-  
 psius laudes delibandas vela convertam. Vix illa primulam lucem  
 hauserat: cum salutari Baptismatis flumine tincta η. renascitur, & flo-  
 ridâ θ. candidâ justitiæ à CHRISTO partæ amicta, nomenq̄, SOPHIÆ auspi-  
 ciatissimum sortita in numerum cælitum beatorum cooptatur. Nove-  
 rant enim parentes Serenissimi, infantes sospitatem æternâ, & isti ætatu-  
 æ à Servatore ι. promissam adepturos maturè divinis mysteriis esse ini-  
 tiandos, ut emaculati, atq̄, è tenebrarum ditione asserti κ. in tutissimum  
 Ecclesiæ gremium transferantur. Simulac puella generosissima, cunis  
 relictis, dimidiata verba tentare, ac fari utcunq̄, cæperat: instar recen-  
 tis testule, intaminato Christianæ religionis latice curatur imbuenda.  
 Quid illa? Præceptiones veræ pietatis infusas non ritu pertusi Da-  
 naidum λ. dolii effluere patitur; sed eas fideliter recipit, fidelius conti-  
 net, fidelissimè usui suo accommodat. Cerneret tum è pectore ipsius, tan-  
 quam ex agro fertili & opimo, virtutum omnis generis segetem enasci:  
 Cerneret eandem nominis sui mensuram dexteritate ingenii stupendâ  
 implere: Cerneret, manibus puriter elevatis, μ. religiosas DEO immor-  
 tali preces funditare: Cerneret debitum Parentibus Serenissimis obsequi-  
 um, & honorem dependere. Viam adolescentiæ lubricam appellat ν.  
 Orator Arpinas. At verò illam PRINCEPS tenella sic est ingressa, sic, an-  
 tequam nuberet, emensa, ut nec prolaberetur temerè, nec cessitaret.  
 Non enim lusionibus, & ineptiis puerilibus indulgebat, nec ad lasciviæ  
 irritamenta, tanquam ad Sirenios scopulos, adherebat; sed, illicitis  
 cupiditatibus refrenatis, lectioni sacrorum codicum ac meditationi va-  
 cabat: Ut verbis Apostoli ξ. usus semel finiam, erat virgo casta tam cor-  
 pore, quam spiritu. Olim agricola ο. Græci & Itali è floribus amygda-  
 læ, fæti-

ζ. Ex epist.

44.

η. Ioh. 3,

5. Tit. 3, 5.

θ. Esa. 61,

10. Gal. 3,

27.

ι. Marc. 10.

14.

κ. Col. 1, 12

&amp; 13.

λ. Ovid. l.

4. Met. v.

462. 463.

Horat: l. 3.

od: 11. v.

25. 26. 27.

28.

μ. 1. Tim.

2, 8.

ν. Cicero in

orat: pro M.

Cælio.

ξ. 1. Cor. 7,

34.

ο. Virgil. 1.

læ, fæti-

Georg: à v. 186. ad v. 191. Theop. in Nat: qst: c. 17.  
 π. Hom. l. 14. Iliad. v. 214. 215 216. Erasmi Chil. 3. cēt. 2. ad: 36. ρ. Aristot. l. 7. Politico- rum c. 16.  
 σ. Hesiod. l. 2. Oper: & dierum v. 316. 317.

la, fœtibusq; numerosis felicitatem anni ac fertilitatem æstimabant conser-  
 colligebant. Ad eundem modum ex illustrissima SOPHIÆ præclarumq;  
 indole cordatissimus quisq; frugem maturanda virtutis, messemq; copiamq; ten-  
 sam augurabatur. Itaq; morum ipsius suavitas, & rectitudo neutratio.  
 quam latuit; sed in vicinis aulis & provinciis nuncio rumore innotuisset  
 atq; in multis amorem honestum π. sine Veneris baltheo excitavit. Erroxim  
 inter eos Illustrissimus olim principum ac Ducum Saxonie, DN. CHRISTIARU  
 ANUS I.; qui, consensu Parentis sui Serenissimi DN. D. AUGUSTI, tum his comi  
 lectoris Saxonie &c. impetrato, illam propè annos quatuordecim natam & gioni  
 auspiciatò in matrimonium & petebat, & ducebat. Memini, gentilis Savi de  
 pientia consultum Stageiritam ρ. nuptias minorum annis duodeviginti erum  
 puellarum dissuadere: Nam metuit, ne prematura Veneris gustu ille & Serenis  
 fœdissimum salacitatis, & incontinentiæ morbum contrahant. Verùm part  
 quid est; quod illius consilio futili nos obstructos reddat? Autoritas quæ di  
 monentis? Atqui patefacta divinitus scriptura, quam solam vitæ normam  
 stræ ducem normamq; agnoscimus, nullam de ineundo connubio legem tunc Dom  
 lit annalem. An verò antiquitas? Atqui σ. Hesiodus Musarum celestib  
 sacerdos omnibus Peripateticis multò vetustior dissentit, hoc versu monum  
 mentis suis inserto:

Παρθευικὴ τέλει ἡβώη, πέμπτω δὲ γαμοῖτο.

Post bisseptenos est virgo nubilis annos.

An adjecta deniq; ratio? Atqui eam nullius esse momenti, experientia  
 testimonio convincimur: siquidem nec ad alias matronas complures, nec hypocri  
 ad nostram Principem beatissimam potest detorqueri. Etenim ipsa purossecuti  
 denter vivendi studium tantà coluit, urfitq; constantiâ, ut meritò ambitum, e  
 gamus, utrum in adolescentiâ, an conjugio, an viduitate castiorem muneri  
 præbuerit. Facebat igitur absurdum Philosophi commentum, & Antie viru  
 cyras cum autore suo naviget. Nos reversi ad id, quod instituimus, indiq;  
 quasi thesaurum quendam rerum pulcherrimarum, ac pretiosissimarum non  
 recludemus. A fœminis maritatis quatuor potissimum, nisi me frivius à  
 stratur memoria, virtutum & officiorum genera Tarsensis Apostolus compar  
 quirit: Primum est γ. ἡ θεοσεβεία; seu pietas non verbosa tantum; sed sa stu  
 etiam operosa: Alterum, υ. sobrietas, altrix pudicitie inviolabilis, & mule  
 conservat

τ. 1. Tim: 2, 10.  
 υ. 1. Tim: 3, 9.

abant conservatrix: Tertium  $\Phi$ . ἡ Φιλανδρεία, seu amor conjugis sincerus, praclarumq; obsequentiā, & modestiā conjunctus: Postremum  $\chi$ . ἡ Φιλοτεχνία, nq; copiam τεχνουργία, hoc est, tenera in sobolem affectio, diligensq; illius educatione nutritio. His ornamentis singulis decorata mulier laudem non exiguam innotuineretur: Omnibus verò pariter aucta, & cumulata suum vicisse sexum,

it. Erroximèq; ad veterum illarum heroinarum, Sarae, Rebecca, Abigaëlis, & CHRISTIARUM similitudinem accessisse creditur. Gemmis, & auro splendidi-

tum his comit, exornatq; matronam cultus DEI genuinus; qui incorrupta re- m natali gioni applaudit; qui legitimè salutis adipiscendae instrumentis utitur; ntis Savi deniq; beneficiis CHRISTI per fidem sibi applicatis, in opera pracla- evigina erumpit.

Quis autem, nisi aperte vanus, aut lividus, negaverit, tu ille serenissimam Principem D $\mu$ . Divam SOPHIAM in hisce pietatis salutife- Verùe partibus jungendis nullo non tempore totam se collocasse? Nam ver-

toritas sum divinitus patefactum, & ab omni falsitatis admistione castum in vita n $\mu$ ηλις lectissimi censu reposuit: Conciones sacras frequentavit: Epu- legem t $\mu$  DOMINI augustissimo devotè, ac crebrò interfuit: Sobrios de mysteriis Musarum celestibus, & controversiis Theologicis sermones libenter habuit: Debi-

su montum ministris Ecclesiae honorem tribuit: Munificentia suā plurimorum in- pia succurrit, imitata religiosam illam Tabitham;  $\Psi$ . quae, ut canit A- ator  $\omega$ . poëta Christianus,

Mansuras fundebat opes, & semper egenis

Munere mater erat: — — —

perienti- ures, n $\mu$ ηλις tandem malitiosos, & dogmatum absurdorum magistros odio ipsa p $\mu$ ροsecuta est Vatiniano. Ciceroni  $\alpha$ . P. Scipio natus videtur ad inte- tō ambitum, exitumq; Carthaginis. Equidem arbitror, ipsam divino qua-

tiorem munere, inclito Saxonicae Ruta seminario propterea donatam esse, ut in- & Antie virus delirii Calviniani suis precibus, consiliis, ac monitis arceret. ituinu $\mu$  Andiq; mihi se offerunt vestigia declarata ab eā pietatis: utpote cui nul-

imarum non  $\beta$ . utriusq; seculi mercedem sciebat esse propositam. Sed i me frivius à tempore deserar, quàm illa exponam universa. Proinde ad in- stolus romparabilis HEROINAE temperantiam singularem progredior: cui tanto um; se $\mu$ sa studio est operata; quanto Epicureorum nemo ebrietati unquam, ac bilis, emulentiā indulsit. Quirites  $\gamma$ . olim justo rigidiores suis uxoribus o-

B

m nem

$\Phi$ . Tit. 2,  
4. Eph: 5,  
22. Col. 3,  
18.  
 $\chi$ . 1. Tim: 5,  
10. & Tit:  
2, 4.

$\Psi$ . Acto: 9,  
36. & 37.  
 $\omega$ . Lib: 1.  
hist: Apost:  
 $\alpha$ . In orat:  
de Aruspic.  
responsis.

$\beta$ . 1. Tim:  
4, 8.  
 $\gamma$ . Val: Ma-  
ximus. l. 2.  
c. 1.

8. Idem Valerius l. 6. c. 3.

2. Ioh: Stobaeus serm: 72.

3. V. Max: l. 2. c. 3.

5. Eurip. in Medea p. 9  
Lucian. in Dial. Menippi & Tiresia.

7. In Theagis, seu Dial: de Sap. initio.

mnem vini usum interdicebant, & praeavere annitebantur, ne à tramine virtutum devia in dedecus aliquod enorme prolaberentur. Hinc dicitur Egnatius Metellus suam impunè conjugem, quòd merum bibisset, fustibus percussit, & interemit. Verùm Diva Princeps, quam commendamus nullà vi, aut formidine compulsà; sed sponte, ac voluntate suapte induta & a Sobrietate litabat, eamq; sibi ingentam quasi, & innatam esse ostendebat. Jam quid de reverentiâ ejus, & charitate in Serenissimum maritum, DN. CHRISTIANUM I. Romani imperii Electorem, &c. verbosè differam? Ipsi propemodùm aulae Dresdensis parietes tacito quodam elogio hanc illi laudem videntur assignare. Theano ε. Pythagorica professione mulier, nescio, cui percontanti; quòdnam esset matronae officium respondit: Viro suo placere. Quantâ, bone DEUS, assiduitate suas in hoc genere partes implevit Dux piissima? Etenim cum beatissimo, quem dixi, conjugè ita concorditer, & amicè vixit, ut ambobus nec sacellum & Viriplacae intrandum, nec Charistia solenniter adornanda nec alia gratiae mutuò reconcilianda adminicula forent adhibenda. Neq; verò erga venerabilem duntaxat maritum; sed erga prolem quòdam illustriſsimam egregiè se gessit. 5. Medea sanè apud Euripidem operibus periculosissimis, ac difficillimis puerperium accenset hunc in modum exclamans:

ὥς τῆς ἀν παρ' ἀσπίδα  
σῆναι θέλοιμι ἀν μάλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. id est:

————— Mavelim ter aleam,  
Subire Martis, parturire quàm semel.

Cæterùm, teste Platone, η. non minùs arduum est, liberos in lucem susceptos educare, & ceræ instar formatos laudabili virtutis studio assuefacere. Hac igitur in palæstrâ sic desudavit Serenissima Princeps, ut nihil quòd sollicitudinis provida reliquum faceret, ac prætermitteret. Possent hæc omnia, quæ rudi Minervâ delineavi, verborum coloribus illustrari: Verùm habenda temporis ratio admonet, ut paucula de viduitate illius adjiciam: Quamquam quòd primo, vel medio, vel ultimo loco dicam, ambiguus hæsito, & incertus. Nam utrùm commemorem, quòd Diva SOPHIA post obitum mariti Serenissimæ

nissimæ

nissimi crebrò cum Valeriâ  $\theta$ . Messalarum fratrum sorore affirmavit, conjugem suum carissimum, qui aliis omnibus videretur esse defunctus, sibi semper vivere superstitem? Continuo ardentissimum precandi studium, cui quotidie invigilans  $\iota$ . fulturam quandam, & destinam labanti Christianorum Reipubl. opposuit,  $\kappa$ . reprehendet. An pradicem, quod à secundis nuptiis abhorrens omnem incontinentiæ suspicionem effugit, & coronam pudicitiae uno matrimonio contenta  $\lambda$ . re- portavit? Ecce innumerabilia ejusdem merita in Ecclesiam, civesq; ipsius periclitantes collata mihi se objicient: quibus tantoperè inclaruit, ut reginis  $\mu$ . mysticæ Sionis nutricibus, iisq; ab Esaiâ vate prævisis annumeraretur. Obruor prolis & voluntatis, ac liberalitatis ab ipsâ passim declarata exemplis. Itaq; plurima latere patior, & prodenda historiarum Scriptoribus relinquo. Unum dissimulare, silentioq; involvere nec possum, nec debeo. Biennium labitur; ex quo Serenissimum ac Potentissimum Saxonie ducem & Electorem & c, Ordines superioris Lusatiæ suâ cunctatione offenderant, & veniæ, pacisq; impetrandæ januam sibi aliquantisper occluserant. Lectissimi oratores ab iis edecumbantur, & Dresdam mittebantur: Sed initio repulsi Divæ Principis operem, suppetiasq; implorabant. Ipsa vadum deprecationis tentans, interjecto temporis exigui spatio, aditum illis aperuit, atq; effecit, ut indulgentissimè admitterentur, & in gratiam recepti S. Casareæ Majestati de notâ meliore commendarentur. O benignitatem inexpectatam, ceteroq; insculpendam! Non ergo injuriâ Serenissimæ Ducis virtutes egregias DEUS optimus maximus egregiâ dotavit felicitate. Mitto pro- sapiam ejus Illustrissimam: Prætereo matrimonium Septemvirali dignitate conspicuum: Taceo alia, quæ supra levi brachio perstrinxi. De ipsius πολυεξνία tantummodo,  $\eta\gamma\iota$   $\epsilon\upsilon\lambda\epsilon\chi\nu\iota\alpha$ ; quam Philosophus v. utramq; in partium humanæ prosperitatis censu reponit, nonnihil subnectam. Familia Serenissimorum, & è regiâ stirpe oriundorum Saxonie Electorum ad paucitatem quodammodo redacta esse videbatur. At verò; nequid illa detrimenti caperet; Numen divinum providebat. Etenim HEROINÆ laudatissimæ beneficium tam largæ fecunditatis indulgebat, ut in bilustri nondum conjugio tum inclitas quatuor filias, tum filios tres

B2

Illustris-

$\theta$ . Baptista  
Fulgos: l. 4.  
dictorr. ac  
factorr: me  
morr: c. 6.  
 $\iota$ . Ezech:  
13, 5.  
 $\kappa$ . Reprehē-  
do  $\kappa\upsilon\gamma\iota\omega\varsigma$   
id. valet,  
quod  $\alpha\nu\alpha$ -  
 $\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\omega$ ,  
seu retraho  
ut ap Cic:  
2. Acad: &  
Plaut: Mil.  
act. 1. sc. 1.  
v. 60.  
 $\lambda$ . Val. M.  
l. 2. c. 1.  
 $\mu$ . Esa. 49,  
23.

v. Arist: l. 1.  
rhetor: ad  
Theod. c. 5.

ξ V. Max:  
l. 4. c. 4.  
o. Stobaeus  
serm: 73.

π. Ps. 128,  
5. & 6.

ρ. Ap̄ Stoba-  
um serm:  
103.

Illustrissimos, DN. CHRISTIANUM II. DN. JOHANNEM GEORGIIUM, & DN. AUGUSTUM in lucem ediderit. Non autem eos duntaxat peperit; sed ad vigorem quoque roboris masculi florentissimum eduxit, nuptialique vinculo illigari conspexit: imò, quod pluris est, duos natu majores ad excelsum Septemviratus Saxonici fastigium extolli, & Reipublica clavum tractare; alterum insuper, qui patriae jam suae praestitit, & ut in spe votis habemus, diutissime, ac felicissime praerit, augustissimam Imperatoris personam in provinciis jure Saxonico utentibus plus vice simplici sustinere vidit. Ubi nunc estis, inter priscos Romanos ξ. Cornelia Gracchorum mater, & inter Graculos ο. Lacena illa nobilis; quae mulieribus alius mundum suum ostentantibus liberos vestros monstrastis, atque eos ornamenta vestra praecipua esse, adjecistis? Proдите, victasque vos hoc ipso quod jactabatis, agnoscite. Inventa est mater longè illustrior; quae sermonem hunc meliori jure suis filiis Serenissimis aptare potuit: quippe quorum cum virtutibus si cuncta Gracchorum & Spartiatarum facinorosa in unum congesta locum contenderentur, numero juxta, ac magnitudine superarentur. An verò hisce cancellis terrena Serenissimae Principis beatitudo se passa fuit includi, ac circumscribi? Minimè: Nam multò latius diffusa patuit: siquidem contigit illi blandissimo avia nomine appellari: Contigit septem Nepotum inclitorum (de tribus Neptibus nihil addo) intuitu jucundissimo lumina pascere: Contigit tamdiu inter homines commorari; ut nonnullis eorum in sedes caelestes praemisissis oculos clauderet; à quibus claudi suos malebat. Experta nimirum est veritatem promissionis divinae; quae apud prophetam regium π. extat, & viva res Ecclesiae letas spectavit, suaeque posteritati interfuit. Quae beneficia nunquam non à solo DEO in se profecta esse confitebatur, & ipsi propter ea frequentes oris animique grati victimas immolabat. Verum quia Bathone ρ. Comico Graeco autore,

Τέρας ἐστίν, εἰ τις εὐτύχηκεν διὰ βίης.

Monstrum est, beatus quisquis aetatem fuit:

Incomparabilis etiam HEROINAE nostrae navis malorum aliquando scopulis illisa haesit, & fluctuavit. In odia τῶν ἐτεροδόξων incurrit ideo,

quòd

DN. ANTONII quòd nesciret, σ. Astutam vapidò servare in pectore vulpem, & σ. Pers. sat.  
 sed ad incorruptam religionem præ se ferret ingenuè, viriliterq; propugnaret. 5. 117.  
 vincu- Orbata fuit geminis filiabus adhuc lactentibus, & intra rudis infantia  
 excelsis limites constitutis. Sed hæc plâga ipsi quòdammodo tolerabilis acci-  
 clavum dit: Illa fuit acerbissima; quam ei, biennio post elapso, cælestis Pater for-  
 e votisq; titer amare solitus inflixit. Ex illius enim vix annorum viginti trium  
 eratorum etatem adeptæ sinu complexuq; avulsit Serenissimum maritum. Quo  
 ci susti- vulnere accepto, sic consternata est, ac percussa, ut animæ suæ dimidium  
 Graccho perdidisse videretur, diuturnoq; in squallore & luctu jaceret. Jamq;  
 bus ali- temporis longinqvitas medicinam quandam tristitiæ, locumq; fortunæ  
 os ornâ- paullo secundiori fecerat: cum immitissima fata Illustrissimorum libero-  
 hoc ipso- rum, DNI. CHRISTIANI II. Electoris, DNI. AUGUSTI Ducis Saxonie, ac  
 or; quâ- DN. DOROTHEÆ Antistitæ Quedelburgensis intra sexennium defuncto-  
 quippe- rum obductam mæroris cicatricem subinde refricabant. Accedebant,  
 facinora- tanquam cumuli & superpondii loco, interjectæ trium nepotum mortes,  
 itudine- eaq; non minus flebiles, ac præmaturæ. Ex quibus adversissimis casibus  
 cipis be- licet Dux Serenissima plurimum caperet molestiæ, & ægritudinis: arma  
 ltò lati- tamen patientiæ Christianis τ. necessaria non abjiciebat; sed insignes a- τ. Ebr: 10,  
 e appel- nimi planè heroici significationes dabat, crebrisq; ad eum sermonibus aure- 36.  
 nihil ad- um illud Syracidæ v. dictum usurpabat: A DOMINO res prosperæ, & v. Ecclesia-  
 homines- asperæ; opulentiæ, & paupertas; mors, & vita promanant. E- stici. II, 14.  
 claudere- ζωϊαν, auditores venerandi, seu vitam beatissimæ COELITIS prædica-  
 ritatem- bilem hætenus, velut in disco, vobis spectandam obtulimus. Nunc  
 viva res- ευθανασίαν φ. ipsius, obitumq; placidissimum, (qui utinam ne foret no- φ. Sveton.  
 beneficia- bis enarrandus!) paucis accipite. Superiori æstate illa τῷ ἐρυσσιπέ- in Augusto  
 propter- λαῦ, seu igne sacro correpta fuerat, & aliquot mensibus graviter affli- c. 49.  
 quia, cta. Decembris Iuliani Calendis sibi convaluisse visa in templum  
 rediit, CHRISTUM Q; adventorem salutiferum fideli applausu excepit.  
 Verum cænulâ sumptâ (eheu!) in morbum vesperi pristinum recidit;  
 qui mox accrevit tantoperè, ut de angustiâ pectoris conqvesta vires suas  
 prosterni sentiret universas. Heic ego quid ejus fortitudinem, quid  
 scopu- φιλοσοφίαν, quid pietatem compluribus verbis commendem? Cum si-  
 it idem, bi ex illo invaletudinis genere moriendum esse divinaret: non modò se  
 quòd totam

χ. Exod. 15, 26. totam arbitrio DEI ἀρχιᾶτες χ. sapientissimi permisit, & vi dolorum  
 ψ. Arist. l. 3. Eth. Nic. 6. 6, & Epi- cur. ἀπ. Di- og: Laërti- um. l. 10. ingruente, nullam vocem indecōram emisit; sed etiam se vel diuturnio  
 rem lucis usuram optare, vel leti secundum ψ. philosophos maximè for  
 midolosi minas exhorrescere negavit. Fortitudinis hoc fuit inconcussa  
 & à Spiritu Sancto excitata. Pridiè, quàm è corporeis vinculis exil  
 ret, quàm filium Serenissimum, DN. JOHANNEM GEORGIUM & c. absentem,  
 matronas Illustrissimas, DN: nurum, & DN. filiam viduam present  
 valere jussit; quàm inclitos quatuor nepotes cum tribus neptibus accersen  
 dos curavit, eosq; ad metum DEI ἀνυπόκρητον, ad inexpugnabilem  
 Evangelicæ veritatis professione perseverantiam, ad obsequium paren  
 tibus excelsissimis præstandum, & ad studium deniq; virtutis strenua  
 lendum verbis quasi nectare tinctis est cohortata. Tenerrimè hoc fuit  
 erga propinquum sanguinem charitatis. Dixit, se CHRISTO sospita  
 tori suo vivere ω. pariter, ac mori, ipsiusq; oviculam esse nullo ex ejusde  
 7. & 8. manibus impetu α. extorquendam: Tempestivè saluberrimo corporis  
 α. Ioh. 10, sanguinis DOMINICI viatico se instrui voluit, & ad calcandam β. uni-ve  
 27. & 28. sæ carnis viam præparari: Animulæ suæ depositum Creatori ac Redem  
 β. Ios. 23, ptori suo reddendum aliquoties γ. commendavit: Inter preces tandem  
 '14. & cantiones religiosas obdormiscenti similis expiravit. Pietatis h  
 γ. Psal. 31. fuit ab omni fuco alienæ: quæ à D. Basilio δ. καλὸν ἐν τῷ Φίον venustiss  
 6. & Luc. 23, 46. mè appellatur. Arimnestus Reipubl. Christianorum exors, ε. quod  
 nam esset præstantissimum hominis bonum, interrogatus, τὸ καλὸς ἀπ  
 δ. Hom: 7. Ἰανείν, seu mors præclara, respondit. Quòd si hoc effatum tabulâ R  
 8. Stobæus strali, aut Capitolinâ dignum Ethnico suæ salutis ignaro excidit: qu  
 serm: 117. erit pronunciandum nobis; qui scimus, ζ. pretiosissimo FESU merito fr  
 ζ. Ioh. 5, 24 tos, temporariæ necis interventu, transire in beatam immortalitatem  
 Quapropter cum HEROINA, cui parenta vivimus, Serenissima clausulam  
 η. Luc. 23, 43, 2. Cor. 12, 2. & 4. tæ caducæ optabilem imposuerit, & præviâ fide ad amœnissima η. cæ  
 stis Paradeisi viridaria evolârit: nemo ipsam summo beneficio divinit  
 affectam esse, & ad culmen humanæ felicitatis ascendisse, diffitebitur  
 Equidem meum, ut arbitror, promissum expunxi, & numerosissimas D  
 væ Principis laudes, patefactâ ingenii mei tenuitate, ad compendiu  
 exile ac minutum redegi. Nam Ipsius natales, educationem, virtut  
 tes



tes, fortunam, & obitum memorabilem attigi potius, quam pertracta-  
 vi Quæ verò præterea sunt nostræ partes? Quæ? Nisi, ut Illam de  
 nostrâ provinciâ benè promeritam, & alienissimo tempore nobis (proh  
 dolor!) ereptam lugeamus. Tantùm né? Imò DEUM quoq; justis-  
 simum peccatis nostris multiplicibus offensum, maturatâ resipiscentiâ,  
 placemus, & telam innocentius vivendi exordiamur. Certissima  
 impendentium malorum solent esse omina, & præsagia occasûs Siderum  
 terrestrium sincera pietatis facem seculo nefario præferentium. Ut  
 enim monet vatum coryphæus S. Esaias, plerunq; Numinis divini amo-  
 res ac delicia è mundo immundo evocantur, & quieti securæ traduntur;  
 priusquàm scæva scævâq; calamitatum publicarum tempestas increbre-  
 scat. Enimverò arctè nos habent angustia frumentaria: Annona ma-  
 celli immane quantum excandescit: Nihil virtute, doctrinâq; liberali  
 vulgò putatur vilius:

Emergit latè Ditis chorus, horrida Erinny's,  
 Et Bellona minax, facibusq; armata Megæra,  
 Letumq; , Infidiâq; , & lurida Mortis imago.

Quare ad frugem reversa meliorem, ô Lusatia, Patrem supremum voce  
 gemituq; supplici venerare, & implora, ut Verbum suum salutiferum u-  
 nâ cum artibus ingenuis, quæ suis jam cultoribus decoquunt, tibi conser-  
 vet; Serenissimumq; Saxonie Electorem, patronum tuum, & pacatorem  
 clementissimum ingenti luctu attonitum erigat, & cum illustrissimâ con-  
 juge, ac prole inclitâ Salvum & incolumem quàm diutissimè præstet,  
 motûsq; bellicos & alias clades à finibus tuis, aris, & focis mi-  
 sericorditer prohibeat, & aver-  
 runcet.

D I X I.

S. Esa. 57.  
 1. & 2.

1. Petroni  
 Arbiter in  
 Satyrio p.  
 90.

## ORATIONUM EΠΙΤΑΦΙΩΝ

POSTERIOR, EAQ;

ΕΜΜΕΤΡΟΣ.

**Q**uis non mœstitiæ prætendat nubila fronti,  
Nec gemitu, & crebris singultibus ilia pulset,  
Aut stillante genas lacrymarum proluat imbre?  
Occidit, heu, PRINCEPS celsissima, Mysidos oræ

Sidus ab ætherii demissum sede recessus!

Occidit, heu, castæ tutum pietatis asylum,

Cælicaq; emigrans terris, convexa revisit!

Solvitur in luctum virtus herôa SERENI

ELECTORIS, & avecto, redeunteq; Phœbo,

Se desiderio GENITRICIS macerat almæ.

Temperat ille quidem vicina Rector habenas

Saxoniæ, Mysisq; pio dat numine jura:

Sed tamen in nostras quoq; grandia contulit urbes

Munera; quæ poterit nec fera abolere vetustas.

Nam Lusatigenis metuendam CÆSARIS iram

Lenit; armisoni submovit fulmina Martis,

Luctusq;, stragesq;, & mille pericula rerum;

Ociaq; in nostros revocavit candida muros.

*a. Mich. 4,* En *a.* sub vite suâ quivis, ficuq; moratur!

4.

Durus es, ac rigido gestas in pectore cautes,

Spargis in aërias hæc qui benefacta procellas,

Ulla nec expromis socii argumenta doloris!

Parrhasius Divæ, quam diximus, Heroinæ

Assimili referat, vivoq; colore figuram;

Spirantemq; alius Pario de marmore vultum,

Æreq;, vel gypso, vel cerâ ducat, & auro.

Ipte tibi, creperos Dux eluctata tumultus,

Aoniis dare justa modis conabor, & orsis,

Ac mores,

Ac mores, famamq; tuam depingere versu  
Inferiore meis (dictat mens conscia) votis.

VOS, PATRIÆ, quæso, PATRES, & lumina ZITTÆ,  
THEVLOGIÆQ; graves mystæ, comitesq; Minervæ,

Navis vela meæ Zephyris afflate secundis;

Nec structum properanter, & illaudabile carmen.

Spernite; quod fletu madet, haud Aganippide limphâ.

Fluctuo sed dignæ quærens primordia laudis,

In variasq; levi dubius trahor impete partes:

Hinc me nobilitas DIVÆ rapit; inde modestus

Ingenii tenor, & reverentia debita JHOVÆ:

Ardua succurrit virtus, & nescia flecti;

Aspera succurrit series, & prospera Sortis;

Succurrit placido mors æquiparanda Soporì;

Quæ b. merito Christi nixæ referavit Olympum.

Si genus excutias, primumq; Heroidos ortum;

Non splendoris eget; miro sed honore coruscat.

Ecquis c. ISENBARDUM nescit, Welfosq; celebres,

Tempora quem juvit, fastosq; evolvere Mundi?

Sideris in morem FRIDERICI gloria fulget:

Qui vice cordati regeret cum PRÆSIDIS urbem.

Norida, & oppresso pro Cæsare sumeret arma:

Illo dante capit, valido certamine functus,

Marchida, d. Brenniacasq; arces, Septemq; viratum.

Quem latet ALBERTUS Germanæ gentis Achilles,

JOHANNESQ; decus nunquam delebile Peithûs;

Quem reducem tellus Ciceronem Teutona dixit?

Hinc tibi principium stirpis, Dux inclita, fluxit:

Maternam hinc seriem ducis, ducisq; paternam.

Commemorem quid avos, quæ clares prófata, multis?

Salvificæ ardebant ambo pietatis amore:

Nam numero, non re, JOACHIMI cura SECUNDI

C

Mille

b. Joh. 5.  
v, 24.

c Vide hist.  
Reineri Reineri  
nec. de ori-  
gine illust.  
stirpis Brä.  
deburgicæ.

d. Adi Sa-  
bin. l. 2.  
Elegiâ 1.  
dist. 2.

mores,

*e. Sabinus  
epist. 29.  
ad Sleid.*

Mille Deastrorum cultu, tenebrisq; horrentem,  
Lustravit patriam cœlestis lampade verbi.

Ast Evangelii *e.* JOHANNES Marchio lumen.  
Antetulit vitæ, cujus nex stamina truncat,  
Hostilesq; pili rhonchosq; minasq; pependit:  
Quin genitor quoq; Diva, tuus præcelluit inter.  
Teutonidum próceres, armis, Septemq; viratu  
Conspicuis, puri generosus dogmatis altor.,  
Altor Pieridum, Themidosq; assertor, & æqui;  
Subdita quem PATRIÆ dixit plebs jurè PARENTEM.

Laudentur sed enim proavis, & stemmate matres;  
Quæ morum caruere bonis, animiq; verendis;  
Aut fatagunt fulcris alienæ incumbere famæ:  
Tu propriis polles opibus; tu mole tuâ stas.

Namq; salutantem primis te vocibus æthram

Mystica sacrati Baptismatis unda rigavit,  
Emaculansq; nefas, hæredem scripsit Olympi.

Ipsè tibi invergens divini CHRISTUS olivum,  
Flaminis, adjecit: Lectissima, cresce, puella,

Et paradeisiacis *f.* inflorens faustiter hortis

Tolle caput, *g.* contraq; impòstum nitere pondus;

Palma *h.* velut victrix, cariemq; simillima cedro

Effuge, defluviumq; comæ, tineasq; repelle.

Dixerat: ast Sophiæ Virguncula nomen adepta

Omen habet, mentemq; gerit, retegitiq; sagacem;

Vix ubi desierat tumidis inhiare mamillis:

Quippe rudimentis doctrinæ imbuta salubris

Percipit ingenio docili, vegetoq; revolvit;

Quæ facienda DEI, quæ sint vitanda ministris;

Credere quæ deceat Superum spe regna tenentem;

Quâ prece conveniat Numen placare supremum;

Enthea quid profit, quem Lotio præbeat usum,

Mensaq;

*f.*  
*Utitur hoc  
verbo Clau-  
dianus in  
paneg: 3  
in laudem*

*Stil. v. 124.*

*g. Gell: l.*

*3 c. 6.*

*h. P. sal. 92,*

*13. & 14.*

Mensaq; nos recreans precioso sanguine CHRISTI.  
 Quid moror? *i.* Angusto conscendere tramite caelum.  
 Discebat, latoq; Erebi fugitare meatus.  
 Arvane vidisti, gremio quæ semina læto  
 Sparsa fovent, largoq; eadem cum fœnore reddunt?  
 Talis erat teneræ mens nobilis Heroinæ;  
 Quam gemimus, quam Mnemosynes sacramus in æde.  
 Omnia condebat *k.* penitis dictata medullis,  
 Spondebatq; suo pietatis tempore messem.  
 Ipse parens, genitrixq; catam stupuere puellam;  
 Utpote quæ spontè obsequii solvebat honorem:  
 Oderat horrifico pejus delicta Colubro;  
 Continuabat iter studio virtutis honesto,  
 Tendebatq; alacres orans ad sidera palmas.  
 Ludebant aliæ, sectabanturq; Vacunam:  
 Illa sacros niveo versabat pollice libros;  
 Ne fidei jaceret fundamenta fluxa beatæ.  
 Vicerat æquævas, svaviq; reliquerat annos  
 Morum temperie: Cunctis matura placebat  
 Serietas, Charitumq; imbutus nectare sermo,  
 Atq; verecundo Probitas admista Pudori.  
 Dum sic virgineum JHOVÆ dux approbat ævum,  
 Inclita, nec tedæ meminit, lectiq; jugalis;  
 Saxonica proles longè pulcherrima RUTÆ,  
 CHRISTIADES satus ensifero genitore Augusto,  
 Illius arcano, stabiliq; ardescit amore,  
 Dilectamq; petit sociæ in commercia vitæ.  
 Gaudet uterq; parens, & habet rata vota petentis:  
 Intemeratus Hymen mansuro jungit amantes  
 Fœdere connubii: junctis aspirat JESUS,  
 Et facit, ut fundent numerosâ prole penates.  
 Sidera dum novies duodena recenset Apollo,

*i. Matth:*  
 7, 13. 14.

*k. Ita voca-*  
*bul. usurp.*  
*Sere: Sam-*  
*monicus in*  
*præcep. de*  
*Medicinâ.*

l. Ps. 128,  
2. & 3.

Ac revehit Brumam toties, revehitq; calorem:  
Florida Nupta parit patrii tria pignora sexûs;  
Bis duo fœminei: quæ l. cingunt agmine mensam  
Musteolo, botris gravidati palmitis instar:  
Herculeo Celsos nodo tranquilla Maritos  
Illigat, & turpes arcet Concordia rixas:  
Quanta fuit, SOPHIA illustris, tibi cura Sereni  
Conjugis? Exciperes armatos illius ergo  
Inturbata globos, fluctûsq; poli; ruinas:  
Illius à vultu sumebas anxia vultum.

Quomodo sed dirâ consanguinitate cohæsit  
Invidies, & amor? simul hic calet, ingruit illa.  
Nempe vigescebant cultæ plantaria RUTÆ:  
Quis soboles, nec honor dêerat, nec copia rerum.  
Munivêre viam sibi livida fata nocendi,  
Cinctaq; ferali tetros Nex fronde capillos  
Limina Dresdensis pepulit crudeliter aulæ:  
Non secûs ex voto puppim rotat Auster euntem,  
Allidens scopulis: Nimio sic sternitur imbre  
Lata seges, ferriq; abies procumbit ab icu.  
CHRISTIADES, Patriæ Pater, & regionis ocellus  
Misniacæ, plâgis Leti sine more, plagisq;  
Obruitur, cœlumq; solo mutare coactus  
Filiolis fasces, rerumq; relinquit habenas.  
Vota nihil poterant; nihil ars operosa medentûm,  
Svetaq; vim morbi quondam expugnare juvenus.  
Quis tibi sensus erat tunc, optima maxima princeps?  
Heu! quos in gemitûs ibas, lamenta, querebas?  
Quàm tibi conditio viduæ; fortunaq; tristis  
Esse videbatur? Mœsto tibi rore madebant  
Lumina; singultans titubabat lingua loquenti.  
Sed Superûm vidit Rector, qui cuncta suorum

Fata

Fata videt, planctûs, solatioloq; dolentem,

Fulfit, & in natos visum defigere iussit.

Heic ego Nestoreos optârim æqvare profatûs,

Plectraq; *m.* Dircaei saxi audita poëtæ;

Ut functam reliquis heroïda laudibus ornem.

Ejus enim pectus fuit omni lautius aulâ;

Cujus in hospitio degebat plurima Virtus.

Relligio primas, veluti regina, tenebat:

Quæ cœlo errorum pulsus revocata tenebris

Ætherium venerabatur sine fraude Monarcham,

Sincerisq; operata sacris, precibusq; colebat:

Hanc propè discubuit Bonitas uberrima fructus;

Quæ tempestivo farrisq;, ærisq; paratu

Res inopum tenues, conclamatasq; levabat,

Quanta, memor, benefactores benefacta manerent.

In medio stabat sibi pocula rara ministrans

Sobrietas, modicasq; dapes, contentaq; parvo.

Illius hærebat lateri Pudor omne perosus

Flagitium; tedas saltem qui noverat unas,

Atq; unum teneris agitabat in ossibus ignem,

Imposito calcans te noxia, calce, Voluptas.

Nec procul hinc aberat Charis obsequiosa, suisq;

Comiter indigenas, alienigenasq; ligabat

Officiis, fidumq; sibi concibat amorem.

Ponè seqvebatur candente Modestia vultus;

Inscia quæ fastûs, detestandiq; tumoris

Submisso parilem servabat corde tenorem;

Seu traheret nubem Rhamnusia, sive niteret.

Sed vernæ citiùs frondes numeravero silvæ,

Hibernasq; nives, devotaq; corpora Marti;

Omnia quàm referam Ducis ornamenta beata.

*m. Amphi.  
onis; de q̄o  
conjul. Ho-  
ratius l. 3.  
Carm: od:  
11. v. 1. 2.  
& in Arte  
poët: v. 394  
395. 396.  
& Solinus  
cap: 13.*

*n. Plut: de  
virtutibus  
mulierum  
legatur.*

Nil memorandum æqvè fecit Lucretia, fecit  
Clœlia, *n.* nil Pythis, nil Pythagorœa Theáno,  
Aut aliæ, quas Musa canit, Peithôq; profana:  
Illa DEO siquidem verâ pietate litabat,  
Aversata nefas, lolium, pellaxq; venenum,  
Quod serit inferni fraus clandestina Sinônis.  
Felix, ô nimum felix, quam nulla tacebunt  
Secula; dum RUT Æ chóreas sub tegmine ducent  
Aonides, tingentq; undâ Permesside pubem,  
Et juga Cyrrhæi tollent ad confraga montis,  
Barbarie vertente solum, quærente latebras!

Haçtenùs umbrâsti lauru tua tempora, Clîo:  
Exue nunc Phœbi frondes; nunc sume cupressum,  
Et sine funereas hederis irrepere taxos.  
Innumeris decorata bonis, decorata triumphis  
Saxoniæ fortuna domûs florebat, & omnes  
Vincebat prócerum dextris successibus aulas.  
Continuò illustrem, facimus cui funera, MATREM  
Mors afflat nocuo, sternitq; ferociter igne:  
Deficiunt ægram vires; angustia torquet  
Pectoris, ac vitæ spe dejicit extendendæ.  
At vis nulla mali, nec fax admota dolorum,  
Illius evaluit decisis frangere pennis,  
Aut tenuare fidem: Quin se fuit acrior ipsâ:  
Namq; affixa toro se totam mancipat uni  
Arbitrio JHOVÆ, crebrisq; precatibus instat,  
Se DOMINI *o.* famulam, *p.* DOMINI confessa bidentem;  
Quæ patrocínio Pastoris gaudeat alti.  
Jamq; metu leti sacrata viatica pulso  
Sumpserat, in cœlo capiendæ certa salutis:  
Heic non divitiis oculos, nec Sole supremo;  
Quattuor at vultu gestit saturare nepotum.

*o. Rom. 14.*

*v. 7. & 8.*

*p. Ioh. 10,*

*v. 27. &*

Advolitant



Advolitant, imisq; trahunt suspiria fibris;  
Lumina noctis habent multum, frontesq;, genæq;.  
Tum, sibi dilectos tenerè, compellat alumnos:

Oscula, deliciæq; meæ, quibus addere possim,

O utinam, quos cruda mihi nex detrahit, annos,

Parcite lacrymulis, aviâ discedere jussâ,

Et desiderio: Me nulla pericula lædent,

Nec promissâ mihi turbabit præmia clades.

Vos modò post mea fata DEUM reverenter amate:

Religio curæ fit cœlitùs edita Vobis:

Durate, & nullis moti desciscite technis.

Ah quoties Satanæ vobis astutia tendet

Retia; quæis vestrum studuit captare Parentem?

Ille sed insidias oculato pectore vitans

Fœdera Baptismi JHOVÆ inviolata probavit;

Mercedemq; tulit divino munere tantam;

Ut sibi nulla viam mutandi causa superfit.

Hinc capite exemplum: Vitam postferte caducam,

Dogmatibus, quæ regna piis cœlestia pandunt.

Prodesseut q. quid enim sœcli terrestria VOBIS

Commoda; si pàrerent æternæ damna salutis?

Legitimâ sacris functi ratione, SERENOS

Morigeri, quo par, cultu afficitote PARENTES:

Virtus in precio sit vobis, castaq; morum,

Digeries, r. populiq; excelsis digna magistris.

Sic hominum vobis stabilem conflabitis auram;

Sic DEUS irrupto vos complectetur amore.

Quod reliquum, ô nostri salvete, valet nepotes:

Vos s. DOMINUS longo servans felicitet ævo,

Irradiet placidi DOMINUS vos lumine vultûs:

Pace suâ DOMINUS vos donet, & inserat astris.

Talia dicentem Superùm Pater audit, & imbre

Nectaris

q. Matth.  
16. 26.

r. Digeries  
pro ordine  
apud Ma-  
crob. extat  
l. 1. Satur.  
cap. 16.  
s. Num. 6.  
24. 25. 26.  
27.

olitant



Nectaris aspergit: Leti dulcescit amaror.  
 Septima lux aderat; Morbi vis dira gravescit:  
 Carpitur augustum princeps generosa decorem:  
 Torpor habet sensus; obtusaq; lumina frigent:  
 Efflandam membris animam commendat JESU  
 Terq; quaterq; suo: cujus se morte redemptam  
 Noverat, & Superum pacatam in sede locandam.

*1. Allud. ad  
 dictum Gor-  
 gie Leonti  
 ni moritu-  
 ri apud Sto-  
 baum serm  
 117.*

Sol ruit interea; comparet Noctifer ignis:  
 Blandulus t. exanguis sopor agram tradere fratri  
 Incipit, explicitamq; poli trans culmina portat:  
 Circumstant famulae flentes, & brachia lassant  
 Planctibus, ac vanis miscent lamenta querelis:  
 At melior quibus est mens, & pietate calescit,  
 Felicem vocitant optato fine solutam.

Mitte, precor, gemitus, Princeps mitissime, sedans  
 Vulnera, demersumq; gravi caput exere luctu;  
 Ne minuas fluidae moerendo tempora vitae:  
 Consilium potius capta; quò cesset Enyo  
 Civica, & explosae revocentur commoda pacis.  
 Heu! quam penè fames Musas pellitq; necatq;  
 Ac postliminio Rudiratis monstra reducit?

At tu, quae salvo tetigisti tuta phaselo  
 Littora, & in portu resides, Dux inclita, salve,  
 Supremumq; vale: Recubent tua molliter ossa,  
 Et nardi Assyrio perfusa madentis odore,  
 Natis vere novo violisq; rosisq; tegantur:  
 Exuviis animam donec, vitamq; redonet  
 Jura superstibus simul, & dicturus humatis  
**CHRISTUS**, & astricolis pia corpora jungat alumnis.  
 Hunc utinam // propero nobis Pallantias ortu  
 Provocet alma diem, calusq; abrumpat acerbos!

*2. Ex Apoc.  
 22, v. 20.*

**F I N I S.**

AK


dans

1077





V c  
2687



BIG  
Ph. 27.24  
23  
SER.

SOI  
XON  
SÆ, M  
EX ELE  
LANDG  
MISNIÆ,  
VIDU

Reci  
ENSI f  
R

JOHAN

ZIT

EU PA-  
ate, 1729

OMINÆ,

SSA-  
TORIS-  
ONISSÆ  
DEBURGICA,  
RCHIONISSÆ  
RGENSIS, &c.  
OINÆ ME-  
DI-

ZITTAVI-  
INI PREILII,  
à duobus

ORIO SCHMIDIO  
Anno salu-

mi Clementis.

